Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Francisco

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

Ebroinus amplius invidia torquebatur et famam sancti extinguere moliebatur, sed unde predicatorem sancti gladii requirit neque quam ipse occiditur. Passus autem est circa annum domini DCLXXX tempore Constantini IIII.

De sancto Francisco

Franciscus prius dictus est Iohannes, sed postmodum mutato nomine Franciscus vocatus est. Cuius nominis mutandi multiplex causa fuisse videtur. Primo in ratione miraculi gnoscendi. Linguam namque gallicam miraculose a deo recepisse cognoscitur. Unde dicitur in legenda sua quod semper cum ardore sancti spiritus repleretur, ardentia verba foris eructans gallice loquebatur. Secundo ratione officii divulgandi. Unde dicitur in legenda quod divina providentia hoc vocabulum indidit, ut ex singulari et insueto nomine opinio ministerii eius toti citius innotesceret orbi. Tertio ratione effectus consequendi, ut scilicet per hoc daretur intelligi quod ipse per se et per filios suos multos servos peccati et dyaboli debebat francos et liberos facere. Quarto ratione magnanimitatis cordis. Franci enim dicuntur a feritate, quia in eis inest virilis feritas et magnanimitas animorum. Quinto ratione virtuositatis in sermone, quia eius sermo instar securis vitia medebatur. Sexto ratione honestatis in conversatione. Autem Franciscus dicta quedam signa instar securium quibus Rome antiquitus consules ferebant, que erant in terrore et in honorem.

De [illegible] explicit.

Franciscus servus et amicus altissimi in civitate Assisii ortus et negociator effectus fere usque ad vicesimum etatis sue annum tempus suum vane vivendo consumpsit. Quem dominus infirmitatis flagello corripuit ac in virum alterum subito transformavit, ita quod iam spiritu prophetico pollere cepit. Nam cum quadam vice ipse cum pluribus a perusinis captus dirissimo carcere mancipatus dolentibus aliis hic solus exultat et a coniunctis suis ob hoc increpatus respondit: Scitote me exultare, quia adhuc sanctus per totum seculum adorabor. Quadam vice Romam causa devotionis profectus vestimenta sua deposuit et indutus vestimentis pauperis ante ecclesiam sancti Petri inter pauperes sedit et cum eis velut unus ex illis avide manducavit et sepius simile fecisset nisi notorum verecundia impediretur. Antiquus autem hostis eum a salubri proposito conabatur avertere et feminam quandam sue civitatis monstruose gibbosam cordi eius immittit et nisi resipisceret a ceptis simile tumorem minatur. Sed a domino confortatus audivit: Francisce, amara pro dulcibus sume et te ipsum contempne, si me cupis agnoscere. Quendam leprosum obvium habuit cum huiusmodi homines multum naturaliter abhorreret, divini memor oraculi accurrens in oscula eius ruit et post hoc ille statim disparuit. Unde propter ad leprosorum habitacula properat et eorum manus devote osculans pecuniam donat. Ecclesiam sancti Damiani orationis ingreditur et eum ymago Christi miraculose alloquitur: Francisce, inquit, vade repara domum meam, que ut cernis tota destruitur. Ab ea hora anima eius liquefacta est et crucifixi compassio cordi eius mirabiliter est infixa. Insistit solliciter ecclesie reparande et vendens que habebat cum pecuniam cuidam ſca

De ſco francisco

presbytero daret. Et ille timore parentum
recipere recusaret, coram ipso proiciens
tamquam pulverem vilipendit. Qua
propter a patre ligatus et captus, pecuniam
eidem restituit ac vestimenta pariter resig-
navit et sic nudus ad dominum evolavit
et cilicio se induit. Advocat itaque ser-
vum dei simplicem virum, quem loco patris
suscipiens rogavit ut cum pater ei male-
dicta congeminat, e contrario ipse eum benediceret.

frē el

Frater eius carnalis hiemali tempore
Franciscum vilibus panniculis tectum
orationi vacantem et tremebundum
videns ait cuidam: Dic Francisco ut
de sudore suo unam tibi nummatam ven-
dat. Quod ille audiens alacriter respon-
dit: Illam ego hanc domino meo ven-
dam. Quadam die dum audiret ea
quae dominus discipulis suis ad praedicandum mis-
sis loquitur, statim ad universa ser-
vanda tota virtute consurgit. Sol-
vit calciamenta de pedibus, tunicam
unam sed vilem induit et pro corrigia
mutavit funiculum. Tempore hye-
mis per silvas ambulans a latro-
nibus capitur et ab eis quis sit requi-
situs, praeconem dei se esse asseruit. Qui
illum arripientes in nivem proiciunt
dicentes: Iace rustice praeco dei.
Multi nobiles et clerici et laici, spreta
saeculi pompa, eius vestigiis adhaese-
runt, quos pater sanctus docuit evangelicam per-
fectionem implere, paupertatem apprehendere
et per viam sanctae simplicitatis incedere.
Scripsit praeterea evangelicam regu-
lam sibi et suis fratribus habitis et ha-
bendis, quam dominus papa Innocentius confirma-
vit. Coepit exinde ferventius sibi semi-
na spargere et civitates et castella
fervore mirabili circuire. Fra-

quidam erat quasi alterius ut videbatur ex-
imiae sanctitatis sed tamen ad modum singularis,
qui tanta districtione silentium obser-
vabat ut non verbis sed nutibus confiteretur.
Cumque sanctus ab omnibus laudaretur, vir dei
illuc adveniens dixit: Sinite fratres, nolite mihi
eius diabolica figmenta laudare. Mone-
atur semel vel bis in hebdomada confiteri.
Quod si non fecerit, diabolica temptatio est
et deceptio fraudulenta. Monentibus
illum fratribus, digitum ori suo imposuit et
caput excutiens se nullatenus
confessurum innuit. Non post multos di-
es ad vomitum rediit et in facinorosis
actibus vitam finivit. Fatigatus in
itinere servus dei dum asinum equitaret, so-
cius eius Leonardus de Asino simili-
ter fatigatus intra se coepit cogitare et
dicere: Non de pari ludebant parentes
huius et mei. Statim vir dei de asino
descendens dixit fratri: Non convenit
me equitare et te pedite venire, quia
nobilior me fuisti. Stupefactus frater ad
pedes patris concidit et veniam postu-
lavit. Transeunti sibi aliquando mu-
lier quaedam nobilis cito gradu occur-
rit, cuius lassitudinem et nimios [illegible]
anhelitus miseratus, quid requireret
inquisivit. Et illa: Ora pro me pater. Quia
salubre propositum quod concepi vir
meus impediente non exsequor, sed in ser-
vitio Christi in plurimum adversatur. Cui
ille: Vade filia quia cito de eo conso-
lationem recipies, et ex parte dei omnipotentis
et mea ei denuntiabis quod nunc est tempus
salutis, postmodum aequitatis. Qua
denuntiante vir subito mutatur et con-
tinentiam pollicetur. Rustico
quidam in solitudine siti deficienti fontem
aquae ibidem suis orationibus impetravit

Quidam frater sancto ad modum familiaris sed
tum hic sancto ipsum instigante venit dicens.
Hodie est aliquis servus dei super terram propter
quem quia ad misericordiam non permittit dominus famem
desuper venire. Sic pauli dubio fuisse va-
ticinatur. sed illo sublato, totam in terram
dias permutatur. Nam post eius felicem
transitum predicto fratri apparuit dicens. Ecce
iam venit fames, quam donec vivere dominus
vivus venire sic tamen non permisit. ¶
In festo pasche cum fratres in heremo grecii
mensam accuratius solito albis et
vitreis preparant et vir dei hoc conspexisset
statim pedem retrahens capel-
lum cuiusdam pauperis qui tunc aderat ca-
piti suo imposuit et baculum manu
gestans foras egreditur et ad hostium
prestolatur manducantibus fratribus cla-
mat ad hostium ut amore dei peregrino
pauperi et infirmo elemosinam largian-
tur. Vocatus pauper ingreditur et in terra
solus residens discum ponit in cinere;
quod videntes fratres stupore nimio sunt
repleti. Quibus ille ait: mensam vidi
paratam et ornatam et pauperum hostiatim
euntium non esse cognovi. ¶ Paupertatem
vero et in aliis adeo diligebat
ut paupertatem dominam suam semper voca-
ret. Sed ipse si pauperiorem se ipso videret
protinus invidebat et se ab alio vin-
ci timebat. Nam et cum die quadam pau-
perculum quendam obvium habuisset ait socio
suo: magnam verecundiam intulit no-
bis huius inopia et nimium paupertatem
nostram reprehendit; Nam pro meis divi-
tiis pro mea paupertate dominam elegi
et ecce amplius relucet in isto. ¶
Dum quidam pauper coram eo transiret
et vir dei in tanta fuisset compassione com-
motus: dixit socio: Et si hic sit

pauper sed forsitan in tota terra non est eo di-
tior voluntate. Cui vir dei dixit: si
eo tunicam tuam exue et pauperi tribue.
et ad eius pedes prostratus culpabilem
te clama, cui ille protinus obedivit.
¶ Quadam vice tres mulieres facie
pariter et habitu similes obvias habuit.
que eum tali salutaverunt: bene veniat domina
paupertas, et continuo disparuerunt et
ultra visae non sunt. ¶ Cum ad civitatem are-
tinam devenisset, et ibi bellum intestinum
commotum fuisset, vidit vir dei desuper bur-
go se tamen illam demones exultantes,
vocansque socium suum nomine silvestrum
dixit ei. Vade ad portam civitatis et
demonibus ut civitatem exeant ex
parte dei omnipotentis precipe. Qui festinans
ad portam valenter clamavit: Ex
parte dei et iussu patris nostri francisci di-
scedite demones universi. Sicque omnes
cives post modicum ad concordiam redierunt.
Predictus autem silvester dum adhuc sac-
erdos secularis esset vidit in sompniis de
ore francisci crucem auream prodeuntem cuius
summitas celos tangebat cuius brachia
protensa in latum utramque mundi partem
amplexando tangebat. Compunctus
sacerdos protinus mundum deseruit.
et viri dei perfectus imitator efficitur.
¶ Consistente viro dei in oratione dyabolus
ter eum nomine proprio vocavit. Cui cum
respondisset, adiecit: Nullus est adeo
in hoc mundo peccator quem si conversus
fuerit non indulgeat dominus; sed quicumque
se ipsum per penitentiam duram necaverit nunquam
misericordiam inveniet. Continuo sa-
nctus dei per revelationem cognovit ho-
stis fallaciam quo in nimis fuerit
eum ad teporem reducere gestiens at
hostis antiquus qui sibi non prevaluit.

grauiter carnis temptationem eidem inmisit.
Quod uir dei sentiens, ueste depo-
sita, cordula durissima uerberat di-
cens: Eya frater asine, sic te manere de-
cet, sic subire flagellum. Sed cum tempta-
tio nequaquam discederet, foras exiens in
magnam se niuem in modum pile, vii
globos compingit. Quos sibi proponens cepit
alloqui corpus. Ecce inquit hec
maior est uxor tua, isti uero duo sunt
filii, et due filie tue, reliqui duo sunt
seruus et ancilla. Festina igitur omnes
induere, quia frigore moriuntur. Si
autem eorum multiplex sollicitudo mole-
stat, uni domino sollicitus serui. Illi-
co dyabolus confusus abscessit, et uir
dei uictor glorificans deum in cellam rediuit. ¶
Cum apud dominum Leonem cardinalem sancte
crucis abiret rogatus aliquamdiu mo-
raretur, nocte quadam demones ad
ipsum uenientes eum grauissime uerbera-
uerunt. Vocansque socium, uir sanctus apperiens
ait: Demones sunt castaldi domini nostri
quos destinat ipse ad puniendos ex-
cessus. Ego uero offensam non recolo
quam per misericordiam dei satisfactione non lauerim,
forte ideo castaldos suos in me permi-
sit irruere, quia maneo in curiis ma-
gnorum, quod forsitan fratribus meis pau-
perculis bonam suspicionem non generat.
Qui forte existimant me deliciis habun-
dare. Et summo mane inde
recessit. ¶ Orante eo aliquando in ora-
torio audiuit super domus tectum cater-
uas demonum discurrentes cum stre-
pitu. Qui citatus foras exiens et
crucis signum sibi imprimens dixit: Ex
parte omnipotentis dei uobis dico demo-
nes ut quicquid uobis permissum est in meo
corpore faciatis. Libenter enim omnia

sustinebo, quia cum maiorem inimicum
non habeam corpore, uindicabitis me de
aduersario meo dum in ipso uice mea
exercebitis ulcionem. Confusi igitur demones
euanuerunt. ¶ Frater quidam socius uiri dei
extasi raptus, uidit inter cetera celi sedes ui-
dit unam dignissimam et nobili glo-
ria prefulgentem. Qui cum miraretur
cui nam preclara sedes seruaretur, audiuit:
Sedes ista unius de ruentibus prin-
cipibus fuit et nunc humili Franci-
sco paratur. Et exiens ab oratione
uirum dei interrogauit dicens: Quid
de te opinaris pater? Et ille: Videor mihi
maximus peccatorum. Statimque in corde suo
spiritus dixit: Cognosce quam uera fuit uisio
quam uidisti, quia ad sedem per superbiam perdi-
tam humilitas leuauit humilem. ¶ In
uisione dei seruus dei super se seraphim
crucifixum aspexit, qui crucifixionis sue
signa sic ei impressit in pellis ut cru-
cifixus uideretur, et ipse consignatur manibus
et pedibus et latere crucis caractere. Sed di-
ligenti studio ab omnium oculis ipsa
signata abscondebat. Quidam tamen
hec in uita uiderunt, sed in morte plurimi
conspexerunt. Quod autem hec signa per
omnia uera extiterunt, miraculis multis
est ostensum, et ex duobus que post eius obitum
contigerunt hec inter cetera sufficiat.
¶ Apulea uir quidam nomine Rogerius ante
ymaginem sancti Francisci stans cepit
cogitare dicens: Estne hoc ue-
rum ut tali claruisset miraculo. An pia
fuisset illusio suorum fratrum simula-
ta inuentio. Qui dum iam in se reuolueret,
subito audiuit sonum quasi spiculum pro-
silientis de balista, sensitque se in si-
nistra manu grauiter uulneratum. Sed
cum in cirotheca non lesionis appareret

qui totam dexteram manum extinxit. et quinque
vulnera quasi sagitte in palma conspexit.
ex quo tanta vis procedebat ardoris.
ut totus exurdaret et dolore deficere
videretur. Cum ergo peniteret et se beati Francisci
stigmata credere veraciter testaretur.
post duos dies dum sanctus dei plura stig-
mata extraxisset fuit continuo liberatus.
In regno quoque Castelle cum quidam
vir sancto Francisco devotus ad comple-
torium pergeret ab insidiis ob mortem
alterius ibi paratis. ex errore impe-
titur et letaliter vulneratus semivi-
vus relinquitur. Deinde gladium inguine
crudelis victor infixit et extrahere non
valens recessit. Fit undique concursus
et clamor et ab omnibus mortuus plan-
gitur. Cum autem nocte media campana
fratrum ad matutinas pulsaretur.
uxor clamare cepit: Domine surge
vade ad matutinas quia cam-
pana te vocat. Statim quoque ille manum
elevans videbatur alicui innuere ut
gladium extraheret. et ecce videntibus
omnibus gladius quasi validissimi iac-
tatus manu pugilis eminus pro-
siluit statimque ille perfecte sanatus
se erexit dicens. beatus Franciscus ad me
veniens suaque stigmata meis vul-
neribus apponens eorum suavitate cunc-
ta vulnera delinivit et contactu miri-
fice solidavit. Qui cum vellet disce-
dere sibi innuebam ut gladium abstra-
heret quia loqui aliter non valebam. Qui statim
apprehendens valide proiecit. stigma-
tibus sacris vulneratum guttur demulcens.
perfecte sanavit. In urbe Rome cla-
rissima videlicet orbis s. beatus Dominicus et
beatus Franciscus coram domino Hostiensi
qui postea fuit summus pontifex aderant.

dixitque eis episcopus. Cur non facimus de vestris
fratribus episcopos et prelatos qui doctrina et
exemplo ceteris prevalent. Fit inter
sanctos de respondendo longa contentio.
Vicit tamen humilitas Francisci ne se
preponeret. vicit et Dominici ut prius
respondendo humiliter obediret. Dixit
ergo beatus Dominicus. Domine gradui bono se
cognoscant sublimatos fratres mei. nec
pro meo posse permittam ut aliam asse-
quantur speciem dignitatis. Post hec respon-
dit Franciscus. Domine minores ideo
vocati sunt. ut maiores fieri non presumant.
Igitur beatus Franciscus columbina
simplicitate plenus omnes creaturas
ad creatoris hortatur amorem. Predicat
avibus audiuntur ab eis. tanguntur ab ipso.
nec nisi licentiate recedunt. Hyrundines
dum eo predicante garrirent. ipso
imperante protinus conticuerunt. Apud
Portiunculam iuxta eius cellam cicada in
ficu residens frequenter canebat. quam
vir dei manum extendens vocavit
dicens. Soror mea cicada veni ad
me. Que statim obediens super eius manum as-
cendit. Cui ille. Canta domina soror
cicada et dominum tuum lauda. Que pro-
tinus canens non nisi licentiata reces-
sit. Parcit lucernis lampadibus et
candelis. nolens sua manu deturbare
fulgorem. Super petras reverenter
ambulat ob intuitum eius qui dicitur
petra. Legit de via vermiculos ne ab
incedentium pedibus conculcentur. et apibus
ne inedia pereant in glaciei hieme
mel et optima vina iubet ap-
poni. Fratres nomine animalia cuncta
vocabat. miro et ineffabili gaudio
replebatur ob creatoris amorem. Cum
solem et lunam et stellas intuebatur

et eas ad cantum [illegible] incitabat amoris.
Coronam sibi magnam fieri iubebat dicens.
uolo quod fratres mei simplices partem
habeant in capite meo. ¶ Vir quidam
ad modum secularis cum servum dei fran-
ciscum duobus apud sanctum Severinum predi-
cantem inuenisset, uidit deo sibi reuela-
te sanctum franciscum duobus transversis en-
sibus ualde fulgentibus in modum crucis
signatum. quorum unus accipit a pe-
des alius a manu in manum per pectus
transversaliter tendebatur. Qui cum numquam
uidisset, talibus indiciis recognoscens.
compunctus ordinem intravit. et uitam
feliciter consummavit. ¶ Cum infirmi-
tatem oculorum ex fletu continuo incurris-
set. suadentibus quod abstineret a lacri-
mis sic respondit. Non est ob amorem
luminis quod habemus cum muscis
eterne lucis visitatio repellenda.
Cum autem a fratribus urgeretur ut pateretur in-
firmitati illius remedium adhiberi.
et cum cirurgicus instrumentum ferreum
igne candens in manu deferret. vir dei ait.
Mi frater ignis esto in hac hora propicius
et curialis. precor dominum qui te creavit ut
tuum in calorem temperet. et hoc dicens
signum crucis super illud edidit. profunda-
to quoque illo in teneram carnem. ab aure usque
ad supercilium. nullum ut retulit dolorem
sensit. ¶ Apud heremum sancti urbani
servus dei egritudine ualidissima la-
borante. Cum ipse defectum nature sen-
tiens poculum postulasset uini. nec quod ad-
esset. allata sibi aqua signo crucis edicto be-
nedixit. que statim in optimum uinum conversa.
quod deserti loci paupertas non potu-
it sancti puritas impetravit. ad cuius
gustum subito convaluit. ¶ Malebat
de se uituperium audire quam laudem et

iis. cum ipsum multi in eo sanctitatis extol-
lerent. precipiebat alicui fratri ut uerba
ipsum uilificantia suis auribus gau-
dendo proferret. Cumque frater ille licet inuitus
eum rusticum et mercenarium imperitum
et inutilem diceret. exhilaratus dicebat.
Benedicat te dominus quia tu uerissima loqueris.
et talia me decet audire. ¶ Non tam
filius dei pro se uoluit quam [illegible]
pape quam presbitero. ideo generali cedens
officio guardianum petiit cuius per omnia
uoluntati subiaceret. Sic quoque cum quo
socius erat ire promittebat sub obe-
dientia et servabat. ¶ Cum frater quidam contra
legem obedientie aliquid fecisset et penitentiam sibi
haberet. uir dei ad aliorum terrorem eius
capucium in igne proici iussit. aliquo pro-
to capucium fuisset in medio ignis. pre-
cepit ipsum extrahi. et fratri restitui. ex-
hibetur quod capucium de medio flammarum
illud prius ad uisionis vestigium. ¶ Cum quo-
dam tempore per paludes uenetiarum ambularet
inuenit maximam auium multitudinem
cantantium in palude. dixitque ad socium
Sorores aues laudant creatorem suum.
Eamus et inter medio horas cano-
nicas domino decantemus. Quibus intran-
tibus aues non moverunt se. sed quod obstrepebant
garritum se ad inuicem audire non poterant.
ait. Sorores aues cantum cessate.
donec laudes debitas domino persoluamus.
Quibus statim tacentibus. finitis lau-
dibus licentiam cantandi dedit. et statim
cantum suum more solito resumpserunt.
¶ Invitatus devote a quodam milite
dixit ei. frater hospes meus monitis ac-
quiesce et peccata tua confitere quia cito alibi
manducabis. qui statim acquiescens domum
suam disposuit et penitentiam salutarem
accepit. Cumque ad mensam transirent.

hospes sibi exprimit. ¶ Cum quidam
magna multitudine repulsis et eius uelo-
mentis paupertatis salutaris dixit. Ecce uos
uolucres in celo debetis laudare crea-
torem uestrum qui plumis uos induit. pennas
ad uolandum tribuit. aeris puritatem
concessit. et sine uestra sollicitudine uos
gubernat. Aues autem ceperunt illius cum
extendere colla. protendere alas. aperire
rostra. et in illum attente respicere.
Ipse uero per medium earum transiens. tunica
contingebat easdem. Nec tamen aliqua de loco
est mota. donec licentia data. omnes in
simul auolauerunt. ¶ Cum apud castrum al-
uianum predicaret. propter garritus hirun-
dinum ibidem nidificantium. audiri non pote-
rat. Quibus ille. sorores mee hirundi-
nes. iam tempus est ut loquar. Ergo que uos sa-
tis dixistis. tenete silentium donec uer-
bum domini compleatur. Cum continuo obedi-
entes pre nimis conticuerunt. Cum [illegible]-
te aliquando uir dei per apuliam unam bur-
sam magnam reperit denariis tumes-
centem. Quam socius uidens accipere uoluit
ut pauperibus erogaret. Sed ille nulla-
tenus permisit dicens. Non licet fili alienum
auferre. Sed cum ille uehementer instaret
sanctus paululum orans iubet ut
bursam tollat. que iam colubrum pro pecuni-
a continebat. Quod uidens frater timere ce-
pit. Sed ob obedientiam uolens implere man-
datum bursam in manibus capit et in
magnus serpens protinus exiliuit.
Et ait sanctus. Seruis dei pecunia nichil
aliud est quam dyabolus et coluber uenenosus.
¶ Cum frater quidam grauem temptationem co-
gitare cepit. quod si aliquod scriptum de
manu patris haberet. ipsa protinus temp-
tatio fugaretur. Sed cum rem sancto nulla-
tenus aperire audet. quadam uice uir

dei uocauit eum dicens. Porta mihi
cartam et attramentum. quia laudes quasdam
dei scribere uolo. Quas cum scripsisset. accipe inquit
cartulam hanc et usque ad diem mortis
tue custodias diligenter. Statimque omnis
temptatio ab eo recessit. ¶ Idem quoque fr-
dum sanctus infirmus iacet. cogitare cepit.
Ecce morti appropinquat et quam plurimum
consolaretur si post mortem tunicam ti-
neret patris. Post modicum sanctus uocat
eum dicens. Tene tunicam istam. et post
mortem meam ipsam habeas pleno iure.
¶ Cum apud alexandriam lombardie.
cum quodam honesto uiro hospitatus fu-
isset. ab eo rogatur ut propter euangelium ob-
seruantiam de omni apposito mandu-
caret. Qui cum eius deuotioni assentiret.
Ille accurrit et caponem septennem para-
uit manducandum. Comedentibus
illis. infidelis quidam amore dei elemosinam
petiit. Mox uir dei nomen audiens
benedictum ... membrum de caponis trans-
mittit caponis. reseruat infelix di-
em et crastinum dum sanctus predicaret os-
tendit dicens. Ecce quales carnes com-
medit iste frater quem ut sanctum honoratis.
Illa hic in sero tribuit. Sed cum membrum ca-
ponis piscis ab omnibus uidetur. uelut
insanus ab omni populo increpatur. quod
cum ille uidisset erubuit et ueniam
postulauit. Redierunt carnes ad sui
speciem. postquam redoluit peruersitatem
ad mentem. ¶ Uir quidam uiget ad men-
sam sedet. et de paupertate beate uirgi-
nis et filii eius collatio fieret. prout
uir dei a mensa surgens ingeminat
dolens. et per terram iacens se nuda
humo reliquum panem manducat.
¶ Sacerdotalibus manibus quibus con-
ficiendi diuina corpus tremendum est

collata potestas. Magnam volebat reveren-
tiam exhiberi. Unde et saepe dicebat: Si iam
sanctum quemque de caelo venientem et paupe-
culum sacerdotem me contingeret obviare,
ad sacerdotis manus deosculandas ci-
tius me converterem et sic dicerem: Exspecta,
sancte Laurenti, quia manus huius verbum vitae con-
trectant et ultra humanum aliquid possi-
dent. Miraculis multis in vita sua cla-
ruit. Nam panes ei ad benedicendum ob-
lati multis infirmis attulere salutem, et
quod in vinum convertit, et in eger quidam gus-
tans protinus sanitatem recepit, et multa
alia miracula fecit. Cum vero ad dies
iam appropinquaret extremos, longa infirmi-
tate confectus, se nudum humi nudum
se poni fecit omnesque fratres ibidem assisten-
tes ad se vocavit et manus singulis im-
ponens omnibus tunc praesentibus benedixit
et instar cenae dominicae singulis panis
buccellam divisit. Invitabat ut
moris sui erat omnes creaturas ad laudem
dei. Sed et mortem ipsam cunctis terribilem
et exosam hortabatur ad laudem, eique le-
tus occurrit et ad suum invitabat hospi-
tium dicens: Bene veniat soror mea mors.
Ad extremam quoque horam veniens dormi-
vit in domino. Cuius animam quidam frater vidit in
modum stellae similis lunae in quantitate,
soli in splendore. Quidam minister fratrum in terra
Laboris nomine Augustinus, in hora iam ul-
tima positus, cum diu iam amisisset loquelam,
subito clamans dixit: Exspecta me pater, ex-
specta, ecce iam venio tecum. Quaerentibus
fratribus quid diceret, ait: Nonne videtis patrem
nostrum Franciscum qui vadit ad caelum? Et sta-
tim in pace dormiens patrem sequu-
tus est. Cum quaedam domina quae beato Francisco
devota extiterat viam universae carnis
fuisset ingressa et clerici et presbyteri feretro

exequias celebrantes assisterent, subito se mu-
lier erigit in lecto et unum de assistentibus
sacerdotibus vocat dicens: Volo pater confi-
teri. Ego enim mortua fueram et duro eram
carceri mancipanda, quia peccatum quod tibi
dicam nondum confessa fueram. Sed orante pro me
sancto Francisco ad corpus mihi redire indultum
est, ut illo revelato peccato veniam merear.
Statim ut vobis manifestavero in pace re-
quiescam videntibus ubique cunctis. Confessa igitur et abso-
lutione recepta mox in domino obdor-
mivit. Cum fratres de Vincentia plaustrum
quoddam a quodam viro mutuo peterent,
ille indignans respondit: Ego potius du-
os excoriarem cum sancto Francisco vestro
quam plaustrum meum vobis accommodarem.
Sed mox reversus semetipsum redarguit
et blasphemiae paenituit, timens dei iu-
dicium. Mox namque filius eius infirmatur et
ad extrema deducitur. Qui filium defunctum
videns in terra volutabatur et flens sanctum
Franciscum invocans dicebat: Ego sum qui
peccavi, me flagellare debuisti. Red-
de, sancte, iam devoto quem prius abstulisti
impie blasphemanti. Mox filius
surrexit et ad planctum prohibens ait:
Cum mortuus essem sanctus Franciscus perdu-
xit me via longa et obscura; me duxit
in quodam tandem viridario pulcherrimo,
collocavit et dixit mihi: Redi
ad patrem tuum, nolo te amplius deti-
nere. Pauper quidam cuidam diviti quan-
dam pecuniae quantitatem debens, roga-
vit ut sancti Francisci amore sibi terminum prolon-
garet. Cui ille superbe respondens: Tali-
que loco te recludam ut nec Francis-
cus nec alius poterit te iuvare. Mox
quoque illum vinculavit et in carcerem obscu-
rum inclusit. Paulo post sanctus Fran-
ciscus affuit et fracto carcere

rupe aliquantum uinosus hominem incolumem re-
duxit ad propria. ¶ Quidam miles sancti Fran-
cisci operibus et miraculis detrahebat. Cum-
que dum luderet ad taxillos vesania
et incredulitate plenus circumstantibus ait:
Si Franciscus est sanctus .xviii. veniat
in taxillis. Mox in tribus senarius tripli-
cius apparuit et usque ad ix. vices quotiens
iterabat suo iactu senarios accepit. Sed
insaniam addens insanie ait: Si verum est
Franciscum esse sanctum, cadat hodie
gladio corpus. Si vero sanctus non est, evadam in-
columis. Ludo finito ut ei oratio fieret
in penam nepoti suo inferret iniuriam,
ille gladium accipiens in viscera patrui con-
fixit et protinus interfecit. ¶ Vir quidam
crure sic percusso ut nullatenus se mo-
vere posset, sanctum Franciscum talibus vocibus
inclamat: Adiuva me sancte Francisce,
memor devotionis et servicii quod tibi
impendi. Nam in asino meo te portavi,
et sanctos pedes tuos et manus oscu-
latus fui. Et ecce morior doloris huius
durissimo cruciatu. Mox ergo ille sanctus ap-
parens cum parvulo baculo, quod thau fi-
guram in se habebat, locum doloris tetigit,
et fracto apostemate sanitatem re-
cepit protinus. Sed signum thau signum in
loco remansit. Hoc signo sanctus Fran-
ciscus litteras suas consueverat consignare. ¶
Cum in castro Pomerico in montanis A-
pulie puella patris et matris unica fu-
isset defuncta, et mater sancto Francisco
devota nimis tristicia fuisset ab-
sorpta, apparuit ei sanctus dicens: Noli fle-
re, quia lucerne tue lumen quod deploras extinc-
tum mea est intercessione reddendum.
Mater igitur super fiducia concepta extinctam non
permisit efferri, sed sancti Francisci nomine
invocato et mortuam filiam apprehendens
eam incolumem allevavit. ¶ In urbe Ro-
ma cum puer parvulus decidisset de palatio
altissimo et penitus expirasset, beatus Fran-
ciscus invocatus vite protinus restituit.
¶ In civitate Suessa cum quedam domus cor-
ruens quendam iuvenem extinxisset et cada-
ver iam in lecto ad sepeliendum positum
esset, mater beatum Franciscum tota devotione
qua poterat invocabat. Et ecce circa mediam
noctem puer oscitavit et sanus surrexit
et in laudibus verba prorupit. ¶ Frater Ia-
cobus cum in navicula parva flumen quoddam per-
transisset et sociis iam in ripa positis postre-
me se aliquis ad exitum prepararet, vio-
lentia aque ipse in profundum flumi-
nis est demersus; fratribus pro liberatione
beatum Franciscum invocantibus, ipso etiam corde
ut poterat beati Francisci auxilium implo-
rante, ecce predictus frater per profundum sicut
per aridam ambulabat et demersam na-
viculam capiens cum ea pervenit ad litus.
Vestimenta autem eius madida non fuere, sed nec
aqua gutta pervenit ad tunicam.

De Sancta Pelagia

Pelagia prima feminarum
in Antiochena civitatis rebus
et divitiis plena, corpore pulcherrima,
habitu ambitiosa et vana animo et corpore
impudica. Quadam vice per civitatem
cum ambitione maxima transibat,
ita ut nichil super eam nisi aurum et argentum
et preciosi lapides viderentur, ita ut quo-
cumque iret aerem diversorum aromatum o-
dore repleret. Quam precedebat et sequebatur
multitudo maxima puellarum et puerorum,
qui et ipsi preciosis erant vestimentis indu-
ti. Quam quidam sanctus pater nomine Nonnus
episcopus Elyopoleos, que nunc Damiata vo-
catur, videns amarissime flere cepit,
eo quod ipsa maiorem curam haberet placendi
mundo quam ipse haberet placendi deo; prostratus